





10007

33

47.

D O M A

Dn JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi ;

Ventilationis Successionis Le-

gitimæ,

DISPUTATIO TERTIA,

DE

S U C C E S S I O N E

COLLATERALIUM

Quam

Consentiente Magnificæ & Nobilissimæ Facultate Juridicâ in illustri

Academia Wittebergæ

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO,

LUSATO, J. V. D.

Publicæ eruditorum ventilationi subjecit

LEONHARDUS ROSE

Dresdensis

In auditorio Jureconsultorum

ad d. 12. August. hor. matut.



WITTEBERGÆ

Typis Viduæ Johannis Haken

Anno M. DC. LIV.

47

D. M. A. D. 1711  
D. J. A. R. T. I. C. U. L. U. S.  
C. O. N. T. R. A. H. T. U. S.

Successionis I. e.

DE  
DISPUTATIONE  
TERTIA

S U C C E S S I O N E

G O L L I A N A M

DAVIDE GILMORIO

LEONHARDUS SCOGG



Typis Viduae Johanna Blanka  
Anno M. DC. CXLV



**I**llyonum decus, pars magna pectoris mei,  
Perdoctæ ROSA factitas quid impiger?  
Ille lator, incedo omnibusq; gaudiis,  
Properò cathedram te videns pede scandere  
Themidi sacram, theatrum industria,  
Melioris atq; Apollo quod dedit, ingeni.  
Ovansq; palma gratulor victricia  
Semper virentis ferta, queis modo tempora  
Cingentur erudita pro meritis Tibi.  
Sic perge, quondam Patria virum dabis  
Gratisimum modo perge, sancta quid Themis  
Tibi præmii datura sit vice Te latet;  
Ego magna si non summa, quevis ominor.

L. mqs f.

M. Johannes Simon  
Dresdensis

**D**u las die Stralen deiner Jugend  
Und den uns angenehmen Schein  
Den hohen Geist der ersten Jugend  
Nicht länger im verborgen sein!

Las deiner Thems dich zu ehren  
An diesem orte freudig hören.

Den wie den Schein die Rose gleebe  
Wenn sie in voller Blüthe steht/  
Und der Geruch so uns belleebe  
Sehr angenehme von ihr geht/  
So zeigt sich auch in bester Blüthe  
An Dir dein kunstgeübte Gemüthe

Du kanst gar wohl aus beiden Rechten  
Wenn Brüder um verlassen schaffe/  
Der längst verstorbenen Vettern sechten//  
Uns zeigen d eine weiffenschaft/  
Du meldest deine kluge Sinnen  
Durch dis dein Lobenswerth Beginnen.

Drumb

Drum fahre fort laß Dich nicht irren  
Was etwan sonst uns kömmet vor/  
So unser Geister kann verwirren  
Vnd läst dieselben nicht entpor /  
Das deine Tugend ferner leuchtet  
Wenn sie durch diese Kunst befeuchtet.

Ob du schon ritterlich must streiten  
Wenn einen wollen weichen weg /  
Die laster Dich zum bösen leiten  
Vnd dir verbittern diesen Gereg /  
Sei nur gewis/wenn diese sterben  
So wirstu Rhum vnd Ehr ererben.

Mit diesem wenigen hat seinen wehrtesten  
Freund glückwünschend bedienen' wollen.

Caspar Sommer/aus Budissin  
der Rechte Geistesener.

**Q**uid rosa, quæso teneræ colore  
Pulchrius, flatû quid ejus flagrantî  
Dulcius? quivis ejus infrequentem  
Quærit odorem.

Quod Tuum Nomen, peramande Amice,  
Congruat cum re, Tuus hic cathedræ  
Monstrat ascensus redolens Themistum

Cinnama larga.

Promit & nobis manifesta signa,  
Magna quod sancti Tibi cura iuris,  
Quod Tuæ tractes Themidos libellos

Nocte dieque.

Perge! sic nomen Tibi crescet amplum,  
Debitus crescet Tibi honor; clientes  
Sic Tuæ tandem Themidos reposcent

Semper odorem.

Gratulabundus apponebat

Godofredus Haldenreich  
Granitzio--Mishicus.

DN. JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Legitimæ

DISPUTATIONEM TERTIAM,

DE

S U C C E S S I O N E

COLLATERALIUM,

sub Præsidio

DAVIDIS CICHORII LUSAT.

J.V.D.

Publicè propugnabit

LEONHARDVS ROSE

Dresdensis.

CONTINUATIO.

**A**lium SECUNDARIÆ SUCCESSIONIS membrum, de qua in præcedenti agere incepimus Disputatione, diximus esse successionem COLLATERALIUM seu TRANSVERSALIUM, id est eorum qui à latere seu ex transverso, per fratres & sorores, qui quæve ex his generantur, non per lineam rectam Ascendentium vel Descendentium, invicem sunt conjuncti. l. i. pr. & §. i. ff. de gradib. & pr. inst. eod. quorum nomina enumerantur in d. l. i. l. 2. l. 3. & l. ult. ff. d. tit. illud itaq; in præsentibus nobis evolvendum erit Disputatione.

THESIS I.

Hunc ex latere venientium ordinem duplicem facit Justin in Nov. 118. c. 2. in fin. Agnatorum & Cognatorum: quæ distinctio

G

O.

OLIM non destituebatur effectu. Nam ad intestati successionem agnationis quam proximitatis (hoc est cognationis naturalis & in specie sic dictæ. *pr. §. 1. cum seq. Inst. de success. cognat. l. si Spurius. 4. ff. unde cognati.*) iure venientes potiores habebantur *l. ad intestati. 5. C. de legit. hered.* & Prætor post ordinem agnatorum cognatos demum ad successionem, bonorum possessione, Unde cognati, a commodatâ, vocabat. *pr. Inst. de SCto. Tertyll.*

## II.

Quin etiam Lex 12. tabb. ita stricto jure utebatur, ut masculorum progeniem præponeret, & eos, qui per foemini sexus necessitudinem sibi jungebantur, penitus expelleret. *d. pr.* Ita enim edicebant Decemviri. Si intestatus moritur, cui suus heres nec extabit, agnatus proximus familiam habeto; prout restituit Balduin. in *LL. Romuli. ad l. 27. §. 28. n. 37.* vel, ut habet Jacob Gothofred. in *fragment. 12. tabb. Tab. 5. est si testato moritur, cui suus heres nec extabit, agnatus proximus Familiam Habeto; Si agnatus proximus nec escit, gentilis familiam Heres nancitor.* Quæ legis 12. tabb. verba paucis mutatis ita etiam refert & explicat Conrad. Rittershus. in *suo Dodecadelta sive comment. ad LL. 12. tabb. Class. 3. part. 2. c. 10.* & consentit Justin. in *pr. Inst. Te legit. agnat. success.* In agnatis tamen discrimen aliquod sexus non constituebat. Sed media Juris prudentia, quæ erat quidem lege 12. tabb. junior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quædam excogitatâ, præfatam differentiam inter masculos & feminas agnatos inducebat. *§. ceterum. 3. l. de legit agnat. success. l. consanguinitatis 3. C. de legit. hered.*

## III.

Et si verò propter ordinum familiarumque dignitatem salvam conservandam commodius videatur, ut plerumque hereditates ad masculos confluant, *d. §. ceterum. 3. v. quod ideo. junct. l. 1. §. sed et si servus, 13. ff. de ventr. inspici.* Quæ etiam causa est, quod Lex divina filias ad paternam hereditatem extantibus filiis non admiserit, *Num. 27. v. 8. & seqq.* ubi quinque succedendi in uni-

ver-



versum jus defuncti ab intestato leges ipse Deus constituit 1. Filiorum. 2. Filiarum. 3. Fratrum. 4. Patruorum. 5. his non extantibus proximorum de familia, uti *ex d. c. 27. & Num. ult. v. 3. & 7. cum seqq.* demonstrat Joach. Stephani *Li. 1. de Idiēt. cap. 10 num. 15. & seqq.* HODIE tamen Justinianus hanc differentiam, tanquam non piam (dura admodum videtur hæc locutio, ab Imperatore Christiano, contra ipsius Jehovæ sanctionum) & naturæ inimicam sustulit *in l. pn. C. de legit. hered.* per quam constitutionem ad vestigia legis 12. tabb. totam progeniem ex legitima sobole descendentem sive masculinam, sive foemininam, legitimo jure hereditatem adipisci sanxit, ut ipse loquitur *in princ. l. ult. C. d. t.*

#### IV.

Hoc ipsum *in Nov. 21. & Nov. 118.* ulterius confirmavit, dum in illâ Armeniorum consuetudinem, foeminas à successionebus excludentem, sustulit: in hac verò *cap. 4.* agnatorum cognatorumque differentiam in omnibus successionebus vacare præcepit.

#### V.

Unde jam liquidò apparet, inter Agnatos & Cognatos, quoad jus succedendi, nullum hodie discrimen constituendum esse: quæquam ipsi Agnati vel Cognati inter sese non promiscuè ad hereditatem admittantur, sed traditæ *in præced.* de filiis & parentibus differentia etiamnum obtineant.

#### VI.

Sunt ergo Agnati & Cognati LEGITIMI vel ILLEGITIMI. LEGITIMI iterum vel NATURA vel JURE.

#### VII.

NATURA LEGITIMI sunt, qui sanguine ex justis nuptiis proveniente connexi sunt. *l. 1. §. consanguineos. 10. ff. de suis & legit.*

git. junct. l. non facile. 4. §. cognationis. 2. v. Et quidam naturalis  
ib. cum justis nuptiis contractis copulatur. ff. de grad. l. 1. §. 1. ff. ut  
de cognat.

VIII.

Et hi vel in primo reperiuntur ordine, ut Fratres & Soro-  
res; vel in secundo, ut Fratrum & Sororum liberi; vel in remo-  
tiori, ut ex Fratrum Sotorumque liberis nati natavè & deinceps.  
De quibus, quomodo primum SOLI & inter sese; deinde quo-  
modo MIXTIM & aliis juncti succedant, videbimus:

IX.

FRATERS & SORORES ἀμφιθαλῆς sunt vel ἑστ-  
ῆρθαλῆς ILLI ex utroque latere, id est, patre & matre, sunt  
juncti, & Germani vocantur. l. lege. 14. Cod. de legit. hered. HI  
verò ex alterutro tantum, & quidem si ex uno patre descendat  
Consanguinei §. sunt autem. 1. l. de legit. agnat. success. l. constitu-  
tione. 3. Cod. de legit. tutel. Sin ex una matre, Uterini dicuntur.  
l. quod res. 21. Cod. de excus. tut. Adde Nov. 84. ubi Goth. ad rubr.

X.

GERMANI sive Fratres sive Sorores sint, defuncto germa-  
no æqualiter succedunt, nullà ut supra diximus, habità sexus  
differentia, N. 118. cap. 3. pr. Authen. cessante. in pr. Cod. de legit.  
hered.

XI.

Idque in Allodialibus omni caret dubio: in feudalibus ve-  
rò non usque adeò expeditum est. Etsi enim foeminae regulari-  
ter à feudorum successioneibus arcentur. cap. 1. §. hoc autem no-  
tandum. 3. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. cap. 1. de success. frat. 2.  
F. 11. Vult. 1. Feud. 9. pag. mibi. 382. de quo & supr. Disput. 1. de suc-  
cess. descend. ibes. 37. & 39. dictum. Sunt tamen casus non  
pauci, in quibus vitiatur hæc regula, p. Si ejus conditjonis sit  
feu-

feudum, ut foeminas admittat; si ex pacto acquisitum sit; aut  
consuetudo loci id ferat. *cap. 1. de success. frat. Vide Ambr. Schu-*  
*rer. in tract. de heredit. que ab intest. tit. 9. & tit. 14. Vult. 1. Feud.*  
*9. num. 40. 47. & seq.*

XII,

Deinde fratres germani, in paterno quidem feudo invi-  
cem succedunt, *cap. 1. §. hoc quoque, 4. de his qui feud. dar. poss.*  
*1. F. 1. cap. 1. vers. his v. deficientibus. de success. frat. 2. F. II. cap. 1.*  
*de nat. success. feud. 2. F. 50. et si unus finem & refutationem alte-*  
*ri fecerit. cap. 1. de eo qui fin. fec. 2. F. 49. & cap. 1. §. fin. si de feud.*  
*defunct. content. sit. 2. F. 26. In novo autem deficientis portio*  
*ad superstitem regulariter non pertinet, sed Vasallo sine mascu-*  
*lo decedente, feudum ad dominum revertitur; Et si simul & unâ*  
*investiturâ, vel duabus fuerint investiti. cap. 1. §. cum v. Corra-*  
*dius. 2. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. cap. 1. §. fin. de success. feud.*  
*1. F. 8. cap. 1. de frat. de nov. benef. invest. 2. F. 12. cap. 1. de benef.*  
*fratr. 1. F. 20. Vult. 1. Feud. 9. num. 104. pag. mibi. 550.*

XIII.

In Saxonia sufficit fratres simul & communiter investi-  
turam novi feudi petijisse, **Das sie das Lehen mit gesamp-**  
**ter Hand empfangen haben/** atque adeo vi simultanea in-  
vestitura succedunt. **Lehenrecht/** *cap. 32. Vult. 1. Feud. 9.*  
*num. 104. in f. Johan. Schneide W. part 6. de feud. Rubr. de success.*  
*Collateral. num. 21. Quod & in antiquo fieri necesse est, propte-*  
*rea quod in feudis nulla successio transversaria juri Saxonico sig-*  
*cognita Lehenrecht/ cap. 6. & cap. 21. in fin. Zobel. p. 3. diff. 19.*  
*num. 41. & 13.*

XIV.

Sunt & alij casus, in quibus regula *ibid. 10.* tradita fallit, ut i. in  
Gerada, quam solæ capiunt sorores exclusis fratribus etiam ger-  
manis. **Landt. lib. 1. artic. 27. post. pr. Andr. Goldbeck, in tract.**

de Gerada. in proam. num. 3. §. Rubr. de succes. cognat. transvers.  
num. 1. §. seq.

XV.

Hic notandum venit singulariter, quod Clericus tantum ad matris, non ad defunctæ Sororis aut alterius cognatæ Geradam admittatur, sive solus reperiatur, sive cum Sororibus concurrat. *Gl. Lat. ad text. German. Landrecht / lib. 1. art. 5. lit. H. Resol Scabin. Lipsens. quest. 119. num. ult. Goldbeck. d. tract. de success. transvers. num. 26.*

XVI.

2. Fallit illa regula in Rebus Expeditoriis, quas soli fratres & reliqui agnati præcipiunt. *Landr. Lib. 1. art. 27. post. pr. v. Und das Heergewette an den nehesten Schwerdtmagen. Landr. lib. 3. art. 15. in med.*

XVII.

3. In pecunia, quam homicida necem agnati vindicantibus compositionis loco persolvit. *Das Manngeld.* Nam & illa solis agnatis, non cognatis debetur. *Gl. in Landr. lib. 2. art. 16. num. 4. v. Das Recht aber gibt disfalls. Zobel. part. 4. diff. 32. nu. 5. §. 7. De quibus limitationibus sup. in Disput. 1. a thes. 39 usque ad thes. 65. copiosius actum, quò brevitatis causa nos remittimus.*

XVIII.

Atque hætenus SOLI fuerunt Germani. Quid autem, si fratres ex altero tantum latere illis juncti concurrant? Excluduntur illi à germanis fratribus & sororibus, quanquam in eodem cum ipsis gradu consistant. *Authen. post fratres. Cod. de legit. hered. Ausb. itaque C. commun. de success. Nov. 84. cap. 1. §. 1. Nov.*

118.

178. cap. 3. in pr. & v. unde consequens Matth. Coler. part. 1. decis.  
49. num. 1. & 2.

XIX.

Nam cum germani germanaque duplici, agnationis nimis  
& cognationis vinculo sint conjuncti; ἐτερογενεῖς verò alteru-  
tro tantum. vide sup. thes. 9. Non mirum, si illi his potiores in  
successione habeantur: cum & alias duo vincula plus ligare, & in  
jure valere soleant uno. arg. §. sed hodie. 2. ubi Dd. l. de adopt. Unde  
Imper. illis tanquam perfectioribus meliora distribuit & unila-  
teres ut minores, eis exæquari non patitur, verba sunt ipsius  
Imp. in d. Nov. 84. c. l. §. l. in fin.

XX.

Jus Saxonicum omnem dubitandi ansam hoc in casu præ-  
scidit, dum fratrem ex uno saltem latere conjunctum in remo-  
tiorum, à Germano gradum recedere jussit: ita enim edicit Sa-  
xo lib. 2. Landr. artic. 2. Ist aber einige Zweyung vnter ih-  
nen (subintellige den Geschwistern) so mögen sie an ei-  
nem Glied nicht stehen/sondern schreiten fort bas in ein-  
ander ferner Glied. Der sich aber neher zu der Syppe  
ziehen mag (ut hoc in casu frater germanus, qui defuncto est  
in secundo, cum alter sit in tertio gradu conjunctus) der nimbt:  
das Erbe den andern weiter zuvor / inquit text. d. loc.  
cinc. fin.

XXI.

Idque ulterius textu evidentissimo confirmatur Lib. 2.  
Landtr. artic. 20. his verbis: Brüder vnd Schwester //  
nemen ihrer ungezweyten Brüder vnd Schwester Er-  
be/ vor den Brüdern vnd Schwestern / die mit ihne-  
gezweyete seynd/ von Vater vnd Mutter. Schneid W ad.  
tit. Institut. de heredit. quæ ab intest. Rubr. de tertio ordin. succed.  
num

num. 9. Ambros. Schurer. eod. tr. tit. de success. transvers. 12. dilas  
2. Mathæus Coler. part. 1. decis. 49. num. 7. & seqq.

XXII.

Limitationem tamen prædicta recipiunt 1. in bonis feudalibus, in quibus frater utrinque conjunctus, fratrem consanguineum tantum non excludit, sed in partem æqualem admittit. Nam cum consanguineus fratrem suum æquè agnationis jure attingat, atque utrinque conjunctus, l. ICtus 10. §. cognationis origo 6. ff. de grad. l. 1. Cod. de legit. hered, & verò jus feudale, illud ipsum agnationis vinculum tantum, rejectà cognationis necessitudine, attendat, cap. 1. v. proles enim. & vers. ad cognatos enim. de success. frat. 2. F. 11. Frater iste consanguineus, in consortium successionis ex ratione Juris feudalis hæud dubie admittendus erit, etsi scripto jure destituamur. Valent. Forst, lib. 8. de success. ab intest. cap. 5. Wesenbec. qui plurimis firmat jam dicta consil. 82, num. 26. & seqq. SchneideW. dict. loc. nu. 10. Vult. I. Feud. 9. num. 108. Matth. Coler. d. decis. 49. num. 3.

XXIII.

Nec contrarium consuetudo fori Saxonici observat, ut est Gl. Lat. ad text. German. Landr. Lib. 2. artic. 20, lit. A. v. quod scias. & non inconcinnà ratione confirmat Wesenb. d. consil. 82. num. fin. v. nec aliter se rem habere.

XXIV.

Franciscus tamen Sonsbecius in tract. de feud. part. 9. n. 95. & seq. hoc ipsum in feudo fæmineo non admittit, sed filijs secundæ uxoris (quæ à majoribus suis feudum fæmineum tenet) solis, exclusis filijs prioris matrimonii, etsi consanguinitatis vinculo

culo inter se juncti sint, in feudo isto famineo successionem tribuit: propterea quod filij prioris matrimonii non descendant ex stirpe, à quo primitus feudum processit, quod tamen requirit *c. 1. v. quod ita. de success. frat. 2. F. 11.*

XXV.

2. Limitantur ea quæ in *thes. 10. & seq.* habuimus, in rebus expeditorijs. Dan. Moller. *lib. 2. Semestr. cap. 5.* Matthias Coler. *part. 1. de process. execut. cap. 3. num. 273.* Fachs. *diff. 26. in fin. 3.* In pecuniâ pro occiso solvenda **Manngeld** propter eandem quæ in feudis militat rationem. Etsi enim in germano duo iura concurrant, in consanguineo verò unum tantum: tamen quia alterum quoad successionem in feudo, expeditorijs & **Manngeld** non consideratur, ille huic non est præferendus, juxta singularem theoricam Baldi in *cap. 1. vers. bis vero. num. 1. de success. frat.*

XXVI.

4. In Geradâ: ubi Soror germana Uterinam tantum non excludit, propter contrariam superioribus rationem, quod nimirum in Geradâ sola cognatio attendatur, non habita ratione agnationis vel pluralitatis vinculorum. Dan. Moller. *diēt. lib. 2. Semestr. cap. 5.* Fachs. *diff. 26. in fin.* Hartm. Pistor. *quest. 33.* Andr. Goldbeck. *d. Rubr. num. 17. & seqq.* Matth. Coler. *decis. 49 num. 27. & seqq.*

XXVII.

Quod si fratres *ἐτεροθαλεῖς* SOLI existunt fratri ex altero saltem latere successuri, Jus Justinianæum pro diversitate bonorum illis successionem tribuit, ad eò ut consanguineus ea capiat bona quæ defunctus à patre: uterinus verò ea, quæ defunctus à matre habuit. *l. emancipatis. 13. §. cum enim. 2. ib. exceptis maternis rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos vocari oportet. C. de legit. hered.* Reliqua verò bona adventitia & castrensia utrique ex æquo debentur, *Nov. 118. c. 3.* Schneid. *d. loc. n. 23.* Val. Forst. *d. Lib. 8. c. 8. n. 4. & 5.*

XXIIX.

Atque ita communis omnium Dd. schola concludit, quorum  
H lon-

longum catalogum habet Harpr. ad pr. Inst. de heredit. quæ ab intest. n. 381. & Matth. Berlich. concl. practicab part. 3, concl. 20. n. 4. paucis in contrariam abeuntibus sententiam, inter quos ex Neotericis primus & solus ferè est Andr. Fachinæus Lib. 6. contrap. 5. qui non ignobili dubitandi ratione motus à communi discessit sententiâ

XXIX.

Etenim si verum est, uterinos ante constitutionem Justiniani in l. ult. §. sed nec fratrem. 2. C. de legit. hered. in ordine fratrum ad successionem non fuisse admissos, sed ex humanitate Prætoriâ in tertio demum ordine cognatorum vocatos, quemadmodum illud ex allegato textu §. 1. I. de legit. agnat. success. junct. §. 2. & t. v. Inst. de success. cognat. videtur esse verissimum: quis non videt, vero planè non simile, imò contra rationem juris esse, si dicamus, Justinianum in d. l. 13. §. 2. (quæ l. ultimam. C. d. t. integrum ferè biennium præcessit) verbis illis: Si ex eadem matre fratres vel sorores sint, uterinos significare voluisse.

XXX.

Vidit quidem hunc nodum Dn. Harprecht. d. loc. viderunt & alij ex Dd. sed nullum ego hactenus vidi (quos quidem mihi videre contigit) qui istum solveret. Nihilominus communi sententiæ adherendum adhuc censeo, & in conflictu seiscitantii scrupulum hunc eximere allaborabo.

XXXI.

Jus Saxonicum distinctionem hanc bonorum non attendit, sed graduum tantum proximitatem per text. Landtr. Lib. 2. art. 20. & Lib. 1. art. 3. circ. sup. ib. Der sich aber näher. & art. 17. unde regula: Je näher dem Sypp / je näher dem Erbe. Schneide W. d. loc. n. 14. Cum itaque frater consanguineus & uterinus in pari existant gradu, æquam etiam hereditatis portionem uterque percipiet, juxta d. art. 17. Lib. 1. Landtr. Atque ita in foro Saxonico non tantum pronunciatum & à Scabinis, sed & ab Electore Augusto singulariter constitutum, in Novellis suis part. 3. const. 14. ubi Dan. Moller. vid. Virg. Rin



Pingitz. *quest. Saxon. 14. Berlich. conclus. practicab. part. 3. concl. 20. n. 11.*

XXXII.

Abrogavit itaque Illustrissimus Elector in hac successione tritam illam *Dd. reg. lam. Paterna paternis, materna maternis;* motus eâ ratione, quam ex Schurffio adsignat Pingiz *d. quest. 14. n. 24. & seq.* quod hereditas per filium semel adita non dicatur amplius hereditas, sed bona ipsius propria *J. 1. Instit. quib. ex caus. manum, non lic.*

XXXIII.

Ab illâ verò Juris civilis dispositione, quæ bonorum distinctionem introduxit, non longè abest Feudorum, Rerum expeditoriarum, Pecuniæ ex compositione commisi homicidij redactæ, & Geradæ, natura. Nam & hæc ijs tantum modò mulieribus defertur, quæ per solam lineam femininam descendunt. *Landr. Libr. 1. art. 27. & Lib. 3. art. 15.* ubi dicitur: *Wer Gerade fordert/der soll vollkômlich von weibes halben darzugeboren sein* (de quorum verborum genuino intellectu vid. *Matth. Coler. decis. 49. n. 29.*) *Weichb. art. 23. Andr. Goldbeck. de success. Gerada. in pr. n. 5. & in Geradæ successione sola cognatio attenditur. Goldbeck. d. loc. n. 5.* Unde si concurrunt soror consanguinea, & soror uterina, non dubium est, quin hæc illi, quoad Geradam præferenda sit. *Goldbeck. d. tr. Rubr. de success. cognat. transvers. n. 7.*

XXXIV.

Similis ferè observatio in feudalibus & reliquis bonis *th. pres.* enumeratis obtinet, quippe in quibus ex diverso solum jus agnationis spectandum veniat, *uti constat ex th. 22. 25. & 26.* quo deficiente, feudalis etiam successio, & similis eodem nitens fundamento cessabit. *arg. c. cum cessante. extr. de appell. c. Eisi Christus, extr. de jurei. cum. simil.* Uterinus itaque frater, qui jus agnationis prætere non potest. *l. ICTus. 10. §. secundo gradu, 13. ff. de grad.* neque de bonis feudalibus, neque de rebus expeditorijs,

H 2

neque

neque de pecuniâ ista composititiâ (ut ita mihi nominare eam  
liceat) participabit.

XXXV,

Sub calcem hujus primi ordinis, ubi de fratrum inter se  
successione egimus, non incommodè facturos nos putamus, si  
colophonis loco quædam de modo dividendi hereditatem sub-  
jiciamus.

XXXVI.

Jus itaque Civile si intuemur, divisio fit vel sorte. l. memi-  
nimus 2. pr. v. heres autem. C. quand. & quib. quart. part. Lib. 10.  
l. si duobus. 3. pr. v. sancimus itaque, ubi Goth. C. commun. de legat.  
§. optionis. 23. Inst. de legat. leg. si qui sunt. 5. ff. famil. ercisc. vel ju-  
dicis officio l. & puto 16. l. item Labeo, 22. l. officio, 26. ff. d. t. l. ad-  
versus. 3. C. eod. l. ad officium. 3. l. si major. 4. C. commun. di-  
vid. l. potest autem. 27. ff. de legat. 1. Matth. Coler. part. 1. decis.  
54. n. 1.

XXXVII.

Jure verò Canonico, si duo sunt, inter quos aliquid parti-  
endum est, major dividit, & minor eligit. c. 1. extr. de parochijs.  
ib. ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, &  
minor eligat. Hancque consuetudinem ab exemplo Abrahæ &  
Lothi (quorum ille tanquam senior. Gen. 11, v. 27. & seq. huic e-  
lectionem permittit. Gen. 18. v. 8. & seq.) descendere conjicit  
D. Augustinus Lib. 16. de civ. Dei c. 20.

XXXIIX.

Atque hoc optandi jus, in divisione hereditatis, etiam Sa-  
xones receperunt. Ita enim habet text. Landr. Lib. 3. art. 29. in  
f. wo zween Mann ein Erbe nehmen sollen / da soll der  
Älteste theilen / vnd der Jüngste soll kiesen. Et in ditio-  
nibus suis confirmavit Augustus Elector, pars 3. const. 15. quod  
jus in multis articulis insignes fovet controversias, quas partim  
in d. const. 15. sopivit ipse laudatissimus Elector, partim apud  
Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 40. & 41. Dan. Moller. ad d. const.  
Elect.

*Elect. Matth. Coler. p. 1. decis. 54. Matth. Berlich. part. 3. concl. pract. 21. & alios decisas reperire licet. Nostrum enim non est, eas hic, ut loco alieniore, pertractare: summo itaque digito ad fontes monstrasse satis erit.*

XXXIX.

Sequitur jam secundus ordo, continens Fratrum Sororumque tam Utroque quam Altero saltem latere conjunctorum LIBEROS. ILLI si SOLI sunt, defuncto patruo, amita, avunculo, matertera in capita succedunt. Textus sunt evidentissimi, non tantum in corpore Pandectarum. l. i. §. fin. ff. si pars hered. pet. l. 2. §. hec hereditas. 2. ff. de suis & legit. Sed & in Codice. l. lege. 14. §. 1. l. fin. §. cum autem 3. v. illo etiam observando. C. de legit. hered. & Institutionibus §. hoc etiam addendum. 4. Inst. de legit. agnat. success. Quibus ad stipulantur Cajus Libr. 2. Inst. tit. de intestat. heredit. 8. §. regulariter 7. ulpianus in fragm. t. de legit. hered. 6. §. agnatorum 4. & ex nostris Zifius Lib. 1. sing. intellect. c. 7. Hottom. Illustr. qu. 14. Borch. de gradib. pag. 240. & de Feudis. part. 2. c. 7 n. 28. Hoënon. Disp. Inst. 12. th. 11.

XLI.

Non ignoro, quid Fr. Sonsbec. part. 9. de feud. n. 110. & seqq. Joh. Fab. in §. ceterum. n. 4. Inst. de legit. agnat. success. Ant. Fab. intr. de re numm. c. ult. Dan. Val. Forst. Lib. 8. de success. ab intest. c. 3. in fin. & alii, qui divortium faciunt, hic regerant, nim. hæc jura omnia per Nov. 118. c. 3. correctæ esse. Verum usque dum illi correctionem istam liquidò monstraverint (quod hætenus factum non est) obtinebunt allegati textus procul dubio juris auctoritatem. l. precipimus. C. de appellat. l. sancimus. C. de testament.

XLII.

Quinimod nostram sententiam in Imperio singulari constitutione confirmavit Imp. Carolus V. in Comitijis Spirensibus Anno 1529. quæ habetur in des Reichs Abschied zu Speyer Anno 29 sub tit. Kayserliche Constitution vnd Satzung/ wie Brüder oder Schwester Kinder ihres Vaters Bruders

H<sub>3</sub>

ders

ders oder Schwester verlassene Erbschafft vnter sich  
theilen sollen.

XLIII.

In ditionibus quoque Saxonice eadem servatur successio  
auctoritate Juris Saxonici im Landrecht *Lib. 1. art. 17. in verb.*  
Wann sich ein Erbe Verschwestert oder Verbrüdert /  
alle die sich gleich nahe zu der Syppziehen mögen / die  
nehmen gleichen Theil daran / es sey Mann oder  
weib. *b. c.* Quando hereditatem neque soror neque frater ade-  
unt, omnes qui se in pari gradu cognationis existere probave-  
rint, æquam hereditatis percipiunt portionem. *text. Latin. ibid.*  
Defuncto autem fratre & sorore liberi eorum gradu proximo  
pares existunt. *Landtr. Lib. 1. art. 3. ib.* Ungezweyter Brü-  
derkinder / die stehen an dem Glied / da die Schultern  
vnd Arm zusammen kommen / also thun auch. zweyer.  
Schwesterkinder. Diß ist die Erste Syppzahl vnd  
Grad des Erbganges / so man zu Magenfreundschafft  
rechnet / Bruderkind vnd Schwesterkind. *Coler decis.*  
*51. num. 2. Zobel. part. 3. diff. 17. num. 18. Schurer. d. loc. dilat. 5.*

XLIV.

Hæc itaque cum in allodialium successione obtinere cer-  
tum sit idem ut in rebus feudalibus dicamus facit autoritas *c. 1.*  
*v. strenuus, de feud. cognit. 2. f. 1.* Nā cum nullus in toto Jure Feudali  
textus appareat, qui aliter controversiam hanc dirimat, stre-  
nuus utique legisperitus absque calumnia uti hic poterit lego  
scripta, quæ in præced. declarata est. *Schrader. de feud. part. 7.*  
*c. 7. num. 16. Schurer. d. dilat. 5. Borcholt. de feud. c. 7. part. 2. num.*  
*82. Vultei. 1. Feud. 9. num. III. Hattys. in Analis. jur. Feudal. c. 7.*  
*pagin. mibi 58.*

XLV.

Neque verò Jus feudale Saxonicum eandem dispositionem  
respuit, aliudve singulariter expressit. Quinimmo simulta-  
neam investituram Saxoniam hoc omnino requirere tradunt  
*Fachsius. diff. 29. Wesenbec. de Feud. cap. 6. numer. 17. & cons. 83*  
*num.*

num. 18. ubi ita pronuntiari testatur, & *conf. 84. num. 6.* Sed & in Geradâ duarum sororum filias in capita succedere docet Golbeck. *in tr. de success. Gerad. Rubr. de success. cognat. transf. vers. num. 8.*

XLVI.

HI itidem SOLI, nihil aliud juris habent in patru, a-  
mitæ &c. uno saltem latere conjuncti hereditate, quam fratrum  
germanorum liberi. Quemadmodum itaque illi non ex patris  
persona, sed proprio cognationis jure, ad patru successionem  
vocandur: ita & hos aliâ via ad successionem  
venire, ratio juris non patitur: Proinde patru hereditatem pro  
numero personarum inter se devident. Nec enim quod *in d.l. de  
emancipatis. 13. C. de legit. hered. fratribus & sororibus nomina-  
tim, & singularis privilegii loco concessit Imp. Justinianus, id  
ipsum ad consequentias, ex ipsius mente, producendum esse ve-  
risimile est. Diss. Forst. Lib. 8. de success. c. 8. in f. Schneidev. d.  
loc. n. 22. Berlich. concl. practicab. part. 3. concl. 20. n. 5.*

XLVII.

Non tamen in universum, sed in communi tantum rerum  
allodialium successione hoc obtinere crediderim. Ex fratre e-  
nim consanguineo prognatos in Feudis, Rebus expeditoriis, &  
pecuniâ illâ, cujus sapissime mentionem fecimus; quemadmo-  
dum contra Uterinæ sororis filias in Utensilibus potiores esse,  
*ib. 22. cum 4. seqq. & ib. 3a. cum seq. facile evincunt.*

XLIX.

Quod si verò fratris germani filii, cum fratris alterutro sal-  
tem latere conjuncti liberis existunt, juris non incerti est in al-  
lodiabus horum nullam rationem haberi, sed illos solos succes-  
sionis capaces esse, tam ex Juris C. vilis quàm Saxoniei sanctio-  
nibus, etsi non propter unam eademq; rationem. In feudali-  
bus autem & aliis bonis, easdem distinctiones adhibendas esse,  
quas de parentibus ipsorum *supra ib. 22. & seqq. commemoravi-  
mus,*

mas, quod ex iis quæ *infra* *eb.* 59. & *seqq.* dicturi sumus, clarius apparere poterit.

XLIX.

MIXTIM & cum aliis juncti succedunt Fratrum Liberi pro diversitate personarum diversimodè. Nam I. si duorum fratrum vel sororum germanorum liberi cum Patruo, Amitâ, Avunculo, Marertera æque germanis & propriis concurrant, veteri equidem jure XII. tabb. excludebantur, quippe gradu uno remotiores. §. *Siplures.* 5. *Instit. de legitim. agnat. success. l. consanguinitatis.* 3. *l. lege.* 14. §. 1. *C. de legit. hered.* Hodie verò postquam Justinianus representationis jus fratrum filiis largitus est, illi in parentum suorum jura succedunt, & cum propriis thiiis ad hereditatem patruï vocantur, tantam ex hereditate portionem, quantumcunque etiam fuerint, percipientes, quantum eorum parens futurus esset accipere, si superstes esset. *Nov. 118. c. 3. in pr. v. Si autem defuncto. Auth. cessante. C. de legit. hered. Schneid. d. loc. n. 11. Schurer. d. loc. dilat. 3. Val. Forst. d. Lib. 8. c. 2. n. 1. & seqq. Matth. Coler. p. 1. decis. 48. n. 1.*

L.

In feudis quoque eadem successio locum habet, ut fratrum prædefunctorum filii in stirpes eum patruis admittantur. *c. 1. pr. de success. feud. 1. F. 8. c. 1. §. 1. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. v. his vero deficientibus. de success. frat. 2. F. 11. ubi FF. Vultei. 1. feud. num. 109. Wefenbec. de feud. c. 6. num. 16. Hattys. d. loc. pagin. mibi. 54. Schurer d. dilat. 3.*

LI.

Cæterum Jure Saxonico diversum planè in allodialibus observatur, adeò ut filii fratris prædefuncti à patruis, amitis, &c. suis in totum excludantur, quippe quod representationis jus in collateralis linea non agnoscit, sed excluso remotiore proximiorum solum admittit. *Landr. Lib. 1, art. 3. circ. fin. v. Der sich aber näher / &c. & art. 17. v. wenn sich aber ein Erbe V. Schwester / &c.* Indubitati autem juris est, fratrem uno gradu proximiorum esse fratris filio. *Landr. L. 1. art. 3. v. In des Halses Glied. junct. v. Ungezweiter Brüdertinder. &c. Facit, text Landr. L. 2. art. 20. v. Ungezweyter Brüdertinder /*

Der. ubi fratrum utrinque conjunctorum liberi dicuntur eodem gradu consistere cum fratribus uno saltem latere conjunctis. Constat autem illos uno gradu recedere à fratribus germanis. Landr. L. 1. art. 3. v. *ist aber einige zweyung*. Idem ergò de fratrum filijs dicendum erit. *Vid. Gl. Lat. ad text. Germ. d. art. 20. & gl. ordin. ibid.*

LII.

Etsi verò non desint, qui putant, idem quod jus Civil, hoc in casu disposuit, Juris etiam Saxonici rationem exigere; contrariam autem observantiam per Scabios rudes, Jurisque Justiniani ignaros introductam esse, prout ex Henningi Goden. *consil. 71. & Zobel, in addit. ad d. artic. 17. Libr. 1. Landr. liter. F.* apparet: Videmus tamen istam consuetudinem ubique in Saxonia receptam, & ab Electore Augusto *part. 3. constit. 18.* denuò confirmatam, etsi iniquissima audiat apud Fachsum *part. 1. diff. 25:* Vide Schneide *W. d. loc. n. 14.* Dan. Moller. *add. constit. 18. n. num. 2. & 3.* Matth. Coler. *decis. 48. num. 3. & seqq.* Zobel, *part. 3. diff. 17.*

LIII.

Eadem consuetudine obtinuit, ut Soror defunctæ germanæ excludat in successione Geradæ alterius præmortuæ sororis itidem germanæ filias. *arg. artic. 27 L. 1. Landrecht.* ubi dicitur: *Ein jeglich Weib vererbet zweyerlen / ihre Gerade auff die neheste Niffel / so ihr von weibeshalben zugehörig ist / vnd das Erbe auff den nehesten Freund / Gl. Weichb. artic. 23. n. 2. v. Den alle. & Weicheild art. 57. in f. Goldbeck. d. loc. n. 13. Schurer. d. tr. Rubr. Collateral. divers. Saxon. spec. 2. v. Sic etiam in utensilibus. Adde Frider. Pruckman vol. 1. *cons. 31.**

LIV.

In allodialibus dixi jure nostro Saxonico hæc ita observari: aliud itaque statuendum in feudalibus, ubi jus representationis vigere probant Dd. communiter *ex. c. 32. Lehnrecht* in verbis: *Vnd dieweil auch die Brüder ihre Lehen vnd Güter zusammen haben / stirbt ihr einer so tritt sein Sohn*

I

in

in des Vaters statt/ vnd behelt auch sein Theil am Gut  
mit den Vetteru gemeine/ so lange biß sie sich wider vo-  
neinander scheiden. Qui textus quidem quoad literam non  
de materia successiois, sed de jure retinendæ communionis lo-  
quitur: multis tamen retro annis, eam, quam dixi, interpreta-  
tionem passus est, vid. Gl. ad d. c. 32. lit. H. & I. Hartm. Pistor. p.  
r. quest. 23. n. 3. Fachs. d. diff. 25. Coler. decis. 48. n. 4. & decis. 45.  
Dan. Moller. in comm. ad const. Elect. part. 3. Const. 29. n. 1. & seq.  
Minimè itaque sunt mutanda, quæ interpretationem certam  
semper habuerunt. l. minime, 23. ff. de LT. Et quia consuetudo op-  
tima legam interpretes, atque tota Saxonia hoc jure in eiusmodi  
casibus retro usa est semper arg. l. si de interpretatione. 38. ff. d. t.  
id: Illustriss. Elector Augustus hanc ipsam consuetudinem non  
sublatam, sed stabilitam potius voluit in Novella sua Const. 29.  
part. 3. Vid. Dan. Moller. ibid. n. 2. Hartm. Pistor. d. q. 23. n. 4.  
Wesenb. conf. 82. n. 28.

LV.

II. Si cum fratrum utrinque conjunctorum filiis concu-  
runt fratres unilateres, Jus civile eos à successione repellit, solis  
fratrum filiis admittis. Auth. cessante. C. de legit. hered. Nov. 118.  
c. 3. pr. v. Unde consequens. & N. 172. c. 1. idque dubio procul ra-  
tione duplicis illius vinculi, de quo actum supr. th. 19. & vi juris  
representationis, quo filii fratris germani, licet in tertio sint  
gradu, præponuntur fratri per unum parentem conjuncto, sicut  
eorum patens præponeretur, si viveret, ut habent verba, Imp. in  
d. N. 118. c. 3. v. unde consequens Scheide W. d. loc. n. 16. Ambros  
Schurer. d. tit. de success. transfers. dilat. 4. Valent. Forst. d. lib. 8. c. 6.

LVI.

In Feudis quoad fratrem uterinum eodem jure utimur:  
cum aliud non videamus consuetudinibus feudalibus rece-  
ptum. c. 1. v. strenuus. de feud. cognit. 2. F. 1. Frater autem consan-  
guineus, cum per fratrem defuncti germanum non excludatur  
vid. supr. th. 22. multo minus per filios illius fratris à successione  
arceci poterit, sed unâ cum illis in stirpes admittitur; non tan-  
tum in terris Imperii, sed & in provinciis Saxonie Principibus  
subjectis, propter jus representationis, quod in feudaliu suc-  
cessione



cessione à Jure Saxonico non repudiari, *supr. th. 54.* diximus: tum quod duplex horum filiorum qualitas hoc in passu nihil operetur, *ut supr. th. 22. 25. & 26.* deductum: tum quod filius ex persona patris succedat, (cum alias tanquam uno gradu remotior per fratrem consanguineum excludendus esset, *l. consanguinitatis 3. C. de legit. hered. l. lege 14. §. 1. eod. § si plures. 5. Inst. de legit. agnat. success.*) qui cum jus repellendi à successione fratrem consanguineum non habuerit, non potuit etiam hoc ad filium transferre, *l. nemo plus juris 54. l. nemo plus commodi. 120. ff. c. nemo. 79. de R. Jur. in 6.*

#### LVII.

Sanè cum jus repræsentationis, quoad lineam transversalium in terris Saxonice locum non obtineat, *ut apparet ex th. 51. & si q. & frater consanguineus vel uterinus cum filiis fratrum germanorum eodem in gradu consistat. Landr. Lib. 1. art. 3. v.* Ist aber einige zweyung hi cum illo æqualiter ad hæreditatem veniunt, *per text. express. Landr. L. 2. art. 20. ubi dicitur: Ungezweyter Bruder Kinder seynd auch gleich nahe den gezweyten Brüdern das Erbe zu nehmen. Schneide W d. loc. n. 17. Schurer. d. Rubr. collateral. divers. Saxon. spec. 3. Matth. Coler. d. decis. 48. n. 6. Virgil. Pingiz. quest. Saxon. 5 n. 11.*

#### LVIII.

Cumque super modo succedendi variabatur, aliis pronumero personarum, aliis verò in stirpes successione ipsi tribuentibus, *vid. Urthel post Weichb. Rubr. Wie halbe Brüder / vnd voller Schwester oder Brüdertinder etc. in medio ib nach Personen anzahl / & sententiam post Landr. tit. Von successione auff Erbgüter col. 3. v. Desgleichen wenn ein Mann / etc. Electoralis processit decisio. Nov. Elect. August. part. 3. const. 18. §. Wenn aber ein halber Brüder. hereditatem non in stirpes, sed in capita dividi statuens.*

#### LIX.

Ius autem istud regulare Saxonicum fallit in tribus potissimum casibus, qui omnes pari jure censentur, *Goldbeck. d.*

*Rubr. in fin. I. In Urensilibus, in der Gerade. II. In Expedito-  
is, im Zeergewette. III. In pecunia ista composita, im  
Mangeld.* Nam cum in successione hereditaria (Des Erbes)  
fratres & sorores per unum saltem parentem defuncto con-  
iuncti ideo in remotiorem rejiciantur gradum, & cum fratrum u-  
trinque conjunctorum liberis demum admittantur, quod unico  
saltem vinculo, non vero duplici, ut illi, defunctum attingant,  
quod ex superioribus manifestum est: consequens est, ubi dupli-  
citas illa vinculorum nihil operatur, in proprio illos gradu con-  
sistere, & eodem jure cum utrinque conjunctis. fratribus & so-  
roribus gaudere.

LX.

Vnde fit, ut quemadmodum soror utrinque conjuncta ex-  
cludit à Gerade sororis germanæ filias, quod superius *ib. 53.* pla-  
num fecimus: ita & soror uterina (tanquam proxima cognata:  
Jusenim cognationis, non attentâ agnatione, hæc in successio-  
ne tantum consideratur: vide ea, quæ tradit Goldbeck *d. loc. n.  
17. & seqq.*) excludit à Gerade alterius sororis utrinque coniu-  
ctæ filias Goldbeck *d. loc. n. 21. Coler, decis. 49, n. 27. Hartman.  
Pist. lib. 1. quest. 33. n. 21. & seqq.*

LXI.

Idem asserendum de posterioribus duobus casibus, ut pote  
in quibus similiter solum ius agnationis & non duplex vincu-  
lum agnationis & cognationis simul, ad obtinendas Res expedi-  
torias & pecuniam illam requiritur: proindeque filii fratrum  
germanorum nihil agent, communionem successionis cum fra-  
tribus defuncti consanguineis expetentes, propter similem, quæ  
in prædictis militat rationem, De similibus autem idem est judi-  
cium, *c. inter ceteras. extra de rescript. c. 2. de transl. Episc. S.  
recte. v. & huic simile. Inst. de mandat. l. non possunt ff. de LL. Nic.  
Everhard. in Top. legal. in loc. a simili. n. 3. vide Goldbeck. d.  
loc. n. 22.*

LXII.

III. Si defuncti frater ex utroque latere cum fratris *et ego* *fratris*  
liberis concurrat, illum his præferri iure Justiniano extra  
omnem

omnem dubitationis aleam positum est, *Nov. 118. c. 3. pr. v. ex  
diverse*. Nam cum parens ipsorum eandem patiatur repulsam,  
quod *supr. tb. 18. & seq.* habuimus; ut illud multo magis de filiis  
dicamus, iudicium est, cum aliis, si inposito quid juris casu  
haberent, id per patris personam habituri essent, per ea, quæ de-  
ducta sunt *supr. in tb. 49.*

LXIII.

Fortius autem illud de iure Saxonico affirmare debemus,  
quoad successionem allodialium, id quod perpendenti ea, quæ  
*in tb. 20. & 21.* tradidimus, non obscurum esse potest. In feuda-  
libus verò, quia jus representationis utroque itam Saxonico  
quam Civili iure receptum est, *vid. supr. tb. 22. & seq.* & non mi-  
nus in fratris ex uno, quam ex utroque latere coniuncti liberis  
obinet, prout eleganter monstrat *Virg. Pingiz quæst. Saxon. 14.  
per tot.* quoad contanguinei fratris filios aliud pronuntiandum  
erit, quod nimirum ipsi cum fratre Germano similiter in stirpes  
admittantur, prout germani fratris liberos admitti, *supr. tb. 50.  
& 54.* probavimus, & militant hic eadem fundamenta, quæ *supr.  
tb. 22.* adducta sunt.

LXIV.

Quod si quis ad exemplum horum feudalium in Expedi-  
torii & Pecuniâ transactionis ob homicidium institutæ, no-  
mine solutæ, idem ius consanguinei fratris filiis: quemadmo-  
dum e converso in Utensilibus uterinæ sororis filiabus tribuen-  
dum esse dixerit, is haud dubiè non erraverit: hoc ipsum enim  
rationes *in tb. 25. & seq. & tb. 59. cum 2. seqq.* adductæ, modo ad  
presentem casum adaptentur, omnino efflagitant.

LXV.

IV. Si frater ex uno, & alterius fratris itidem ex uno latere  
defuncto coniuncti filii extant. Jura Romana in stirpes ipsis suc-  
cessionem tribuunt. *Auth. post fratres. ib. cum quibus & filij eo-  
rum. C. de legit. hered. Schneide W. d. Rubr. de tertio. ord. succed.  
n. 24. Ambr. Schurer. d. tit. 12. dilat. 6. Forst. d. lib. 8. c. 8. n. 6.*

LXVI.

Etsi vero Imp. non expresse statuerit, ius representationis:

I 3

etiam:

etiam fratrum uno saltem latere coniunctorum filiis tribuen-  
esse: edipsam tamen nullibi etiam prohibuit, sed potius tacite  
concessit *in d. Nov. 118.* tum quia ius hoc representationis me-  
dium posuit in tractata de fratribus, quorum cognatio cum de-  
functo *μονόπλευρ* est, eorundemq; liber oru successionem: tum  
quia dispositio generalis est, generaliter itaque erit accipienda.  
*l. ult. in f. C. de dot. promiss. l. i. §. generaliter. ff. de legat. prest.* tum  
quia eadem in illis obtinet ratio, quae in filiis fratrum germano-  
rum: Ergo & eadem dispositio, *l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. 3. §. 1. ff.  
de V. O. Vid. Virg Pingiz quaest. Saxon. 14. per. tot.*

LXVII.

Idem in feudis & aliis bonis, quorum haecenus saepissime  
mentionem fecimus, statuendum erit, modo tales fratres fra-  
trumve filios subintellexerimus, qui bonorum istorum non in-  
capaces existant, ut sunt in Vtensilibus consanguinei; in reli-  
quis vero Vterini, *ex dict.* Idque non tantum Jure Civili, sed &  
Saxonico, quod alias in allodialium successionem fratrum liberos  
omnino excludit, propter ius representationis hac in linea de-  
ficiens, quod confirmavit Augustus Elector *Const. 18. part. 3. §.  
Das es solches. Schneid. d. loc. n. 25.*

LXVIII.

V. Si defunctus post se reliquit fratrem vel utrinque vel u-  
no saltem latere conjunctum, & simul Patrum, Avitum, Avun-  
culum vel Materteram, sive germanos sive unilateres haec du-  
biè frater solus hereditatem obtinebit. *Auth. cessante. ab. vocan-  
tur primò fratres. & Auth. post fratres. C. de legit. hered. Nov. 118.  
c. 3. pr. Schurer. d. tit. 12. dilat. 8. Schneid. d. loc. n. 26.*

LXIX.

Ratio juris hujus constituti *ex Auth. post fratres fratrumq;  
filios C. de legit. hered. & Nov. 118. c. 3. §. fin* est manifesta. Quanto  
enim fratres & fratrum filii soli & inter sese non succedunt, sed  
cum illis alij etiam cognati concurrunt, tunc cessant ea, quae *in  
d. Novell. 118. c. 3. à pr. usq; ad §. 1. & d. Auth. cessante. cum Auth. seq.  
C. de legit. hered.* sunt disposita, & succedit regula: Qui proxi-  
mior gradu est, remotiorem excludit, *d. Auth. post fratres & d. §.  
fin.*

fin. Constat autem, quod frater sive Germanus, sive consanguineus, sive uterinus sit, secundo gradu defunctum contingat, §. secundo gradu. 2. Inst. de grad. cognat. l. Ictus 10. §. secundo gradu 13. ff. de gradib. Patruus autem, Amita, Avunculus & Matertera in tertio gradu subsistant, nullâ distinctione habitâ, alterutro an utroque parente defuncto sint conjuncti, d. l. 10. §. tertio gradu 14. v. patruus. §. tertio gradu 3. Inst. de gradib. cognat.

LXX.

Atque hæc ipsa ratio, qua Jus civile nititur, in foro Saxónico ansam dubitandi Scabinis, & controvertendi Practicis subministravit, quoad fratrem unius lateris cum patruo, amita &c. germanis concurrentem. Quemadmodum enim illi Jure Civili in tertio gradu reperiuntur, ut dictum: ita & hic à Jure Saxónico, propter alterius vinculi defectum in eundem gradum rejicitur, Landr. lib. 1. art. 3. in med. v. Ist aber eine zweyung vnter ihnen. Pares autem in gradu, pariter ad hereditatem admittuntur. Landr. lib. 1. art. 3. Weichb. art. 57. & art. 2. in gloss. Quam sententiam in pronunciano secundo secuti sunt Curiales Lipsenses Reinhard. p. 1. diff. & Wittebergenses Consult. Constit. Saxon. part. 2. quæst. 2. (alias quæst. 19.) num. 1. & seqq.

LXXI.

Contrariam sententiam tenuere Scabini Lipsenses, & defuncti patrum similesque personas utrinque conjunctas per fratres vel sorores uno parente conjunctas excludendas pronunciarunt Resol. Scabin Lips. quæst. 113. Ambr. Schurer. Rubr. collateral. divers. Saxon. spec. 4. qui pro utraque sententia præjudicia adfert. Hos in pronunciano secuti sunt Jenenses teste Matth. Colero part. 1. decis. 49. num. 20. & part. 1. de process. exec. cap. 3. num. 38.

LXXII.

Moti sunt in hanc sententiam inter alia 1. per textum Juris divini, quod patruos, amitas &c. non nisi deficientibus fratribus, nulla illorum distinctione habitâ, admittit, Numer. 27. v. 8. & seqq. 2. Autoritate Juris Civilis, de quo supra dictum. 3. Propinqua-

proximitate sanguinis, quæ magis militat in fratribus consanguineis & uterinis, quàm Patruis, Amitis, Avunculis & Materteris. 4. Per ea, quæ tradit Zobel. *in addit. ad Gl. Germ. lib. 2 Landr. art. 20. n. 3. inf.* ubi ita praticari asserit. 5. Per text. *Landr. lib. 1. art. 17. in verb.* Wann sich ein Erbe verschwestert vnd verbrüderet / alle die sich gleich nahe zu der Syppe ziehest mögen / dienehmen gleichen theil daran. Ergo à contrario sensu, quando quis post se relinquit fratres & sorores, regula illa: Pares in gradu, pares etiam sunt successione, non habet locum: quod argumentum approbat Gl. Lat. *ad d. art. 17. lit. F. inf. 6.* Id ipsum ulterius roboratur per Gl. Weichb. *art. 63. n. 6.* quæ patruis & amitis non aliter successione defert, quàm si non adsint fratres vel sorores tam uno quàm utrisque parentibus conjuncti, his verbis: Ihr solt auch wissen / ob sich ein Mann verschwestert oder verbrüderet / das ist / stirbt einer der kein Bruder oder keine Schwester hat / von voller Geburt noch von halber / alle die ihn in gleicher Syppe seynd / es sey von Vater oder Mutter halben / die sollen das Erbe zugleich nehmen / als Vaters-Brüder vnd Schwester-Brüder.

LXXIII.

Posterior hæc sententia confirmata est ab Electore Augusto, *part. 3. Const. 18 in verb.* Würde ein Mann oder Weibesperson versterben / vnd hinter sich einen Bruder oder Schwester von halber Geburt / vnd des Vaters oder Mutter Geschwister von voller Geburt verlassen / so sol das Erbe auff den halben Bruder oder Schwester allein verfallen / vnd des Vaters oder Mutter Geschwister davon außgeschlossen werden. Secundum quam constitutionem etiam Extra Electoratum in Saxonia, & potissimum ob d. gl. weichb. *art. 63* iudicare Jenenses asserit Da. Virg. Pingiz. *quest. Saxon. 5. n. 11.*

LXXIV.

Dum vero prædicta Constitutio Electoralis patruos & amitas utrinque coniunctos, per fratres unius lateris excludit: eo ipso

ipso satis indicat, mul. d. magis patruos unilateres à fratr' bus, si-  
ve per alterum tantum sive per utrumque parentem conjunctis,  
excludendos esse, arg. l. cum & soluta 3, C. de condict. indeb. l. si  
quando. 19. v. si enim pro toto. C. de testib. Nic. Eve. h. in Top, legal.  
in loc. à. minori n. 1. & 2.

LXXV.

In Gerada quoque dispositionem hujus constitutionis ob-  
tinere tradit Wesenbec. quem refert Dan. Moller. ad d. const.  
18. n. 6. & sequitur Andr. Goldbeck. d. tr. Rubr. de success. cognat.  
transvers. n. II. inf. ita ut soror uterina Materteram excludat.  
Quod similiter ad Res expeditorias & Pecuniam istam composi-  
tiam porrigendum crediderim, earum successionem soli fratri  
consanguineo, remoris Patruis, deferendo. Quod enim juris est  
in parte idem juris est in toto, contentis, appendicibus & ac-  
cessoriis. Dan. Moll. d. loc. n. 7, Neque dubito, quin in feudis e-  
tiam frater defuncto *δυναστεύει*, defuncti patruis omnino  
preferendus sit, idque propter dispositionem juris civilis, quæ  
hoc in passu ut pote non mutata à iure feudali communi vel  
Saxonico, inviolabiliter est eustodienda.

LXXVI.

VI. Ex his, quæ hæcenus tradita sunt, lucem capit & illa  
quæstio: Quando defunctus Patruos reliquit, simulque fratres,  
& fratrum quovis modo sibi conjunctorum liberos, æquis in  
percipienda eius hereditate potior sit habendus? Et cum Patru-  
orum, tam ex ratione iuris Civilis quàm Saxonici, nulla habeatur  
ratio, uti liquet ex iam dictis, res ipsa monet, hereditatem fratri-  
bus & fratrum filiis communem esse: ad superiora itaque recur-  
rendum ubi *ex. tb. 49. & seqq. usque ad tb. 68.* modus succedend-  
pro diversitate personarum concurrentium varius, in quolibet  
tamen casu non obscurus, ad oculum patebit,

LXXVII.

VII. Sicum Patruis, Amitis, Avunculis vel Materteris  
concurrunt fratrum filii, Jus Justinianum sine distinctione fra-  
trum

K

trum

eram filios ad successionem habilitavit, Patruos vero & similes prorsus reiecit. *Auth. post. fratres autem cum Auth. seq. ubi. Gotb. C. de legit. hered. Nov. 118. c. 3. pr. junct. §. 1.* Non quidam vi iuris representandi, prout censet Schneidev: *d. loc. n. 18.* & Dan. Moller, *ad d. const. 18. part. 3. n. 3.* id ipsum enim beneficium Imp. filiis fratrum tum demum concessit, quando cum propriis iudicantur thii. *d. Nov. 118. c. 3. pr. v. Sed & ipsis.* Hottom. *Illust. quaest. 14. v. Sed videamus.* Hic autem non cum propriis thii, id est, patruis, avunculis, amitis & materteris suis, *vid. §. tertio grad. I. de gr. cognat.* Sed cum thii defuncti iudicantur: Verum ex singulari privilegio, Imperatoriâ ipsis concessio gratiâ, ut quamvis thii ipsius defuncti similiter obtineant tertium cognationis gradum, illis tamen fratrum filii præponantur *d. Nov. 118. c. 3. in fin. pr. v. illud palam est.* Ratio quæ Imperatorem movere potuit, illa procul dubiò fuit, quòd hereditas pleniori jure debeat descendentes quàm ascendentes, *arg. Auth. defuncto, ubi Bl. C. ad Senatus Cons. Tertull. Gl. ad §. fin. Inst. de success. cognat. Matth. Coler, decis. 48. n. 17. Fachs. diff. 25. in f. Zasius part. 8. de feud. n. 18.*

#### LXXVIII.

Generalis hæc Juris Civilis conclusio correctâ non est à jure feudali, sive commune inspiciamus, sive Saxonicum: proinde & indistincte filii fratrum non tantum Germanorum, sed & consanguineorum saltem (ad uterinos enim fratres eorumque filios feuda, regulariter non pertinent) patrum defuncti, etiam utrinque conjunctum, excludent. *Schrader. part. 7. de feud. c. 7. n. 17. Ambr. Schur. d. tit. de success. transvers. 12. dilat. 8. v. filius quoque Curt. Jun. tract. de feud. part. 2. part. 3. princip. num. 59. Schneide W. part. 6. de feud. Rubr. de success. collateral. in feud. n. 12.*

#### LXXIX.

In foro Saxonico paulo major circa hunc articulum dubitatio esse solet, è qua ut nos extricemus, quatuor distinctis casibus hanc controversiam ponderabimus.

#### LXXX.



## LXXX.

Primus est, Si Patruum & similes defuncto per utrumque parentem juncti, cum fratrum itidem utrinque conjunctorum filiis concurrunt. Quo in casu Judices supremæ Curia Ducum Saxonie contra Jus civile olim pronuntiabant, & patruos unâ cum fratrum filiis pariter ad hæreditatem vocabant. Fachs. diff. 26. inf. Schneid. d. loc. num. 19. Schurer. d. tr. tit. de divers. Jur. Saxon. special. 5. per text. Landr. Lib. 1. art. 17. ib. Wenn sich ein Erbe verschwestert oder verbrüdert.

## LXXXI.

Illorum autem sententiam rejecit Augustus Elector *part. 3. const. 18. his verbis: Stürbe dann ein Mann oder Weibsperson/ vnd verliesse hinter sich seiner vollbürtigen Geschwister Kinder/ vnd des Vaters oder der Mutter vollbürtigen Bruder oder Schwester/ so sollen Brüder oder Schwester Kinder des Vaters Bruder in der Succession vorgezogen/ vnd das Erbe auff der Geschwister Kinder allein verfellet werden.*

## LXXXII.

Etsi verò hæc constitutio contra rationem juris & communis & Saxonici introducta videatur Danieli Mollero *ad d. const. 18. n. 3. v. porro autem: non est tamen dubium, quin fallatur vir alioquin judiciosissimus. Nam quoad Jus Civile, ex falsa disputat hypothese, dum vigore Juris representationis fratrum filios hoc in casu succedere, & ex patris persona in secundum reponi gradum præsupponit, quod tamen falsum esse, supr. tb. 77. demonstravimus.*

## LXXXIII.

Ex eodem fonte alter error respectu Juris Saxonici promanat. Nam quia jus representationis in foro cessat Saxonico, cujus vi (ex mente Molleri) fratrum filii secundum debebant gradum occupare, & proinde in tertio, pari nimirum cum patruis gradu relinquuntur, locum esse putat regulæ Landr. Lib. 1. art. 3.

Alle die sich gleich nahe zu der Symppe ziehen mögen/die  
nehmen gleichen Theil. Verum, præterquam quod tota hæc  
collectio arenoso nitatur fundamento, regula ista facile recipit  
limitationem, quæ ex superioribus non obscure colligi potest.

LXXXIV.

Sed quid attinet multa de his dicere, cum de Legibus tem-  
poralibus cum fuerint instituta & firmata, non liceat iudici de  
ipsis judicare, sed secundum ipsas, monente D. Augustino rela-  
to in c. in istis. 3. dist. 4. Proinde de veritate hujus constitutionis  
dubitare non debemus. Hartm. Pist. quest. 33. n. 28. lib. 1. quod  
nec ipse Moller. difficitur in d. const. 18. n. 4. unde & in Gerada  
hanc constitutionem locum habere confirmat Andr. Goldbeck  
d. Rubr. n. 10. & seq. ut nimirum matertera excludatur per sororis fi-  
liam. Quod ego in similibus bonis, de quibus non uno egi-  
mus in loco, similiter juris esse, nullus dubito.

LXXXV.

Secundus Casus minus habet dubitationis, quando nimi-  
rum fratris utrinque filii, & patruus unus saltem lateris ad-  
sunt, tamen enim hunc per illos repelli superiora evincunt, juxta  
regulam: Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, l. de ac-  
cessionibus. 14. §. et si mihi. 3. in ff. de divers. & tempor. præscript.  
l. si ve ingenua. 2. §. si sit agnatus. 17. ff. ad Senatus Cons. Tertyll. Fa-  
cit præterea, quod patruus unius lateris in remotiorem, atque  
sic in quartum transeat gradum, cum fratris utriusque lateris fi-  
lii intertio reperiantur. unde exclusio hoc jure est facilior.  
Landr. lib. 1. art. 3. v. Ist aber einige zweyung. Zobel. in gl.  
ad text. Latin. ibid. Schneide W. d. loc. n. 21.

LXXXVI.

Tertius Casus: Si fratris, uno saltem defunctum vinculo  
attingentis, filii, cum patruo qui duplici jure gaudet, ad succes-  
sionem veniant, ratio Juris Saxonici patruum solum hereditate  
donat, propterea quod prædicti fratrum liberi in remotiori sint

constituti gradu, per ea, quæ *ib. præc. inf.* habuimus Ergo succedit regula: Je näher den Syppe! je näher dem Erbe. Landr. lib. 1. art. 3. v. Der sich aber näher / & lib. 2. art. 20. in text. & *gl. ibid. n. 1.* Quod & placuit Electori Augusto, d. Const. 18. ubi ita constituit: Des Vaters vollbürtiger Bruder vnd Schwester sollen auch hinwieder derhalben Brüder Kinder / vnd der vollbürtigen Geschwister Kinder aus schliessen / Vnd denselbigen vorgezogen werden.

#### LXXXVII.

Quartus & ultimus Casus continet patruos cum similibus, & fratrum filios, omnes per unum saltem parentem defuncto conjunctos. Qui casus, cum in constitutione illa Electorali decisus non reperiatur, relictus censetur juris Saxonici communis dispositioni, *arg. l. commodissime. 10. ff. de lib. & posthum. l. si cum dote. 22. pr. ff. solut. matrim. c. susceptum de rescript. in 6.* Cum itaque omnes istæ personæ in tertio Jure Civili, secundum computationem verò Saxoniam in quarto, utroque tamen jure æquali reperiantur gradu, consecutarium est æqualem etiam successionem ipsis competere, *per text. Landr. lib. 1. art. 17.* Alle die sich gleich nahe zu der Syppe ziehen mögen / die nehmen gleichen Theil.

#### LXXXVIII.

TERTIO ORDINE reliqui cognati omnes, sine distinctione sexus vel ætatis, præter fratres & sorores, & fratrum sororum vè filios vel filias continentur; de quorum successione tenenda est regula hæc generalis: Si eum fratribus & sororibus, aut fratrum sororum vè liberis primi gradus non concurrunt, secundum gradus sui prærogativam in capita succedunt. *Auth. post fratres fratrumq; filios. C. de legit. hered. Novell. 118. cap. 3. §. 1. Ambr. Schurer. d. tit. 12. dilat. 9. Val. Forst. d. lib. 8. c. 9. n. 1. Schneidew. d. Rubr. de test. ord. succed. n. 31.*

#### LXXXIX.

In tantum autem obtinet hæc regula, ut etiam ad successione

Honem feudalem vim suam porrigat, *arg. c. 1. de success. fratr. 2. F. II. c. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50. Schneid. part. 6. de feud. Rubr. de success. collat. in feud. n. 13. Rüdinger. in Enchirid. feud. tit. 16. Rubr. successio collateral. Vult. 1. feud. 9. n. 112. adeò ut semper proximus remotiorem excludat, quod jure communi est indubitatum; jure verò Saxonico feudali non procedit, sed omnes simultaneè investiti sive proximiores sint, sive remotiores, simul ad successionem vocantur; quippe quo Agnati non succedunt ex jure defuncti, sed ex simultanea investitura, **Nicht aus Krafft der Erbschafft/ oder angebohrner Sypschafft/ sondern allein aus Macht des gedinges vnd gesampter Lehen. Lehenrecht c. 6. & c. 21. Schneidevv. d. Rubr. num. 23. Matth. Coler, decis. 52. n. 2. & seqq.***

XC.

Fallit tamen singularis hæc Juris Saxonici provisio, si investituræ adjecta sit clausula: Secundum gradus sui prærogativam, **Nachrechter Sypzahl /** quæ operatur, ut successio secundum regulas juris communis informetur, & proximior remotiori semper præferatur. *arg. text. Lehenr. c. 3. ib. Die Weil sie auch das Gut. Fachf. diff. 29. Vult. d. c. 9. num. 112. pag 576. Schneide W. d. Rubr. num. 25, Matth. Coler, d. decis. num. 17 & seqq.*

XCI.

Illud Jure Saxonico valdè controversum est, An quod de fratribus *ἐτεροθαλέσι* dicitur, in remotiorem nimirum illos transire gradum, **Das die gezweyten Geschwister mit den Geschwistern von voller Geburt/ an einem Glied nicht stehen mögen/ sondern schreiten fort bass in ein ander ferner Glied/ Landr. Lib. 1. art. 3. v. Ist aber einige Zweyung/** ad alias etiam personas, quarum cognatio cum defuncto *μονόπλευρη* est, producendum sit? Quæ quidem de questione singularem ante annos aliquot edidit tractatum Johannes Fridericus Lignicensis, nunc temporis J. U. Doctor, & Pra-

Prædictus in patria non incelebris, unâ cum consilio D. Tisc-  
manni Brandes, aliquot Doctorum subscriptione roborato, in  
quibus negativa sententia omnibus viribus propugnatur.

XCII.

Verum si non tantum textus, sed & intimam juris Soxoni-  
cirationem penitus introspexerimus, apparebit facile contra-  
riam sententiam albo calculo digniorem esse. Nam ut ex  
multis pauca delibem, textus *manifestus est Lib. 2. Landr. artic.  
20.* ubi fratrum indistorum filii, æquali in gradu cum fratri-  
bus distinctis subsistere dicuntur. Quod si verum, fratrum di-  
stictorum filii pares in gradu cum fratrum indistorum fili-  
is esse non possunt, cum semper persona generata gradum adjiciat. *§. hætenus. 7. Inst. de grad. cognat. l. 1. C. de us. 10. §. nam quæsi-  
ens. 9. ff. d. t.*

XCIII.

Textus itidem satis clarus in Nov. Elect. Augusti *part. 3. const.  
18. v. Des Vaters vollbürtiger Bruder.* ubi filii fratris *ἀτε-  
ροβαλῆς*, & nepotes fratris *ἀμφοβαλῆς* excluduntur à patris de-  
functi *ἀμφοβαλέσι*, quod non aliâ fieri ratione credibile est, quàm  
quod tam filii quàm nepotes isti in pari quarto nimirum gradu  
inveniantur. Daniel Moller. *ad d. constit. 18. num. 3.*

XCIV.

3. Militat in fratrum filiis eadem ratio, quæ in ipsis fratri-  
bus. Nam cur fratres transeunt in gradum remotiorem; an-  
non propter imperfectionem quandam conjunctionis, quâ di-  
stinguuntur fratres illi unius lateris à fratribus utrinque junctis.  
Ita certè, per verba: *Itaber einige zwenung.* Hanc im-  
perfectam conjunctionem transferunt parentes in suos filios, &  
hi in reliquos descendentes. *l. nemo plus juris 54. l. nemo plus com-  
modi 120. ff. de Reg. Jur. cap. nemo. 79. de Reg. Jur. in 6. l. traditio. 20.*

*f. de*

*f. de acquir. rer. dom.*, unde quod prædecessoribus obstat, obstabit etiam successoribus. *l. heredem. 59. de Reg. Iur.* cum impossibile sit effectum suam causam meliorem esse. *l. si viva matre. C. de bon. matern. l. 1. §. ejus rei. ff. de off. ejus cui mand. l. tria prædia. ff. de S. P. R. l. fin. C. de natur. lib.*

XCIV.

4. Nisi hanc interpretationem sequeremur, illud absurdi pullularet, quod pater & filius eodem in gradu tertio scilicet substituerint, filio quippe in remotiorem non pergente gradum: Illa autem interpretatio, unde absurditas oritur merito rejicienda. *No v. 2. c. 3. v. alioqui ex absurditate. l. fin. C. de auctor. præst. leg. nam. absurdum. junct. l. præc. ff. de bon. lib. l. 1. §. unde queritur ff. de publican. c. venerabilem. Sc. in Genesi extr. de elect. §. elect. potest.*

XCVI.

5. Approbant hanc sententiam, & de ejus observantia adductis etiam præjudiciis testantur *Gl. lat. Landr: Lib. 1. art. 3. ad verbum si autem de eisdem non sunt Gl. lat. ad text. Germ. lib. 2. Landr. artic. 20. lit. D. Dan. Moller. ad d. const. Elect. 18. n. 2. in f. Fachs. diff. 26. Reinhard. part. 1. diff. 33. Ambr. Schurer. d. tit. 14. Rubr. divers. Jur. Sax. spec. 6. Schneidovv. d. loc. n. 25. Matth. Coler. p. 1. decis. 49. num. 17. & alii Practici rerum forensium longè peritissimi. Minime itaque sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt. *l. 23. l. 37. cum seq. ff. de LL.**

XCVII.

Ad quem vero gradum usque ordini huic successio competat, inquirendum est. Et sane si Iuris Iustiniani puritatem attendimus, fateri cogimur, nullo hanc successionem gradu restrictam & definitam esse, sed in infinitum porrigi §. *ceterum. 3. ib. et.*

nam si longissimo gradu sunt. *Inst. de legit. agnat. success. l. 2. §. agnatos 1 ff. de suis & legit. Nov. 118. c. 3. §. 1. ib. omnes deinceps a latere cognatos.* Donell. *Lib. 9. comm. 4.* Welsnb. *ad §. fin. n. 4. Inst. de success. cogn. Forst. L. 3. de success. c. 10.* Hoënon. *Disp. Inst. 12. tb. 13. Quod de iure feudali æque obtinet, cap. 1. de natur. success. feud. 2. F. 50. junct. cap. 1. §. 4. de his qui feuda dar. poss. 1. F. 1. capit. 1. Sivasall. feud. priv. 2. F. 31.* Ambr. Schurer. *d. tr. tit. 14 pag. 235.* Sonsbec. *de feud. partit. 9. numer. 84.* Fachin *Libr. 7. contro. ver. 6. 27.* Hoënon. *d. tb. 13.* Andr. Goldbeck. *de Rubr. n. 44.*

XCIX.

In diversam ab his abit partem Ius Saxonicum, ex cuius constitutione successio collateralium septimum gradum non excedit. Die Sypp endet sich im Siebenden Glied Erbe zu nemen. Landr. *Lib. 1. art. 3. circ. fin.* Quod tamen non diversum est ab eo, quod communis Dd. schola tradit, Iure Civili ad decimum tantummodò gradum successionem permitti. *Gl. in Auth. Sivero. & ibi Barr. n. 3. C. de suis & legit. Schneidew. d. loc. n. 38.* Myns. *ad §. fin. Inst. de success. cognat. Ambr. Schurer. d. tr. tit. 12. reg. spec. 3. in pr. Gail. 2. 150. in pr.* Nam in effectu septimus ille gradus Saxonicus Iure Civili est decimus. Schurer. *d. tr. tit. 14. Rubr. de divers. Iur. Saxon. special. 1. Schneidevv. d. loc. n. 39.* Coler. *part. 1. de cis 53. num. 4.*

XCIX.

Etsi verò textus. *d. art. 3.* Iuris Saxonici verbis disertis successionem intra septimum gradum includat, non tamen negari potest, ipsum in eorum numero, qui moribus reprobari sunt, habendum esse, præsertim eum contrarium expressè etiam reperitur *cod. lib. 1. Landr. artic. 19.* ubi dicitur: Der Schwab nimpt Heergerete vnd Erbe/ von seines Vaters halben vnd anderer Mägen vber die Siebende Sypp / als ferner

L

ner

ter immer aufrechnen mag und kan/das ihm der Mann  
von Schwerthalben angeboren sey. Proinde nec in pro-  
nunciando ejus habetur ratio, sed successio inter transversales in-  
finitum extenditur. Wesenbec. ad §. fin. Inst. de success. cognat.  
Et in addit. ad Schneidevv. d. loc. 39. inf. lit. C. Andr. Goldbeck.  
d. Rubr. n. 37. Quod & in Gerada & rebus expeditoriis obtine re-  
tradit Goldbeck d. loc. n. 48.

C.

Hactenus de cognatis Legitimis natura; sequuntur LEGI-  
TIMI JURE, qui vel ADOPTATI vel LEGITIMA-  
TI.

CII.

ADOPTATI sive ADOPTIVI in specie sint, sive ADR O-  
GATI regulariter non succedunt. l. cum in adoptivis 10. §. 1. v. Et  
ideo sancimus. C. de adopt. Quod si ab ascendenti a aliquo quis  
adopteretur, tum quia concurrunt & naturalia & adoptionis jura  
non tantum ad agnatorum sed & cognatorum successione, se-  
cundum proprium cognationis gradum ab intestato veniet. d. l.  
10. pr. v. Si vero pater naturalis. C. de adopt. §. sed hodie 2, Instit.  
cod. Nov. 118. c. 4. Forster. d. Lib. 8. de success. c. 14. Treatl. part. 2.  
Disp. 16. tb. 5. lit. D. quamvis contrarium velle videatur Schnei-  
deW. d. Rubr. de tertio ord. succed. collat. n. 41.

CIII.

LEGITIMATI in tres classes distribuuntur. Prima Classis  
eorum est, qui per subsequens matrimonium. 2. Qui per ob-  
lationem curia; 3. Qui per Rescriptum Principis legitimantur.

CIII.

DE LEGITIMATIS PER MATRIMONIUM dictum est  
Disp. 1. de success. descend. tb. 119. quod per omnia justis liberis  
annu.



annumerentur, & eadem jura habeant: Proinde non tantum omnibus agnatis, sed & cognatis, quibus libet in bonis succedere poterunt, per ea quæ d. *Disput. 1. thes. 120. & seq.* tradidimus.

CIV.

Qui PER OBLATIONEM CURIÆ legitimati sunt, nullam gaudent successione collateralis. *Nov. 89. cap. 4.* Sicut nec agnati & cognati patris adoptantis ullum ad illorum successione habent participium. *d. cap. 4. Adde. d. Disput. 1. thes. 122. & seqq.*

CV.

PER RESCRIPTUM PRINCIPIS qui legitimi fiunt, fratrum & aliorum cognatorum hereditatem consequi ab intestato possunt, cum nihil à legitimis filiis differant. *Nov. 74. c. 2. in pr. Nov. 89. c. 9. §. 1. Heig. ad tit. Inst. de heredit. quæ ab intest. cap. 5. de ordinib. success. n. 165. Ambr. Schurer. d. tr. tit. 12. dilat. 12. conf. d. Disp. 1. eb. 124. & seq.*

CVI.

Et tantum de Legitimis: jam de ILLEGITIMIS, qui ad Exemplum filiorum sunt vel Naturales tantum, vel Spurij, vel Incestuosi, vel Adulterini.

CVII.

NATURALES & SPURII. fratribus consanguineis & agnatis non succedunt, cum patrem vel nullatenus vel saltem minus honestè demonstrare possint §. penult. *Instit. de nupt. l. vulgo. 23. ff. de stat. hom.* Jura autem consanguinitatis & agnationis, quorum virtute succedere debebant, à patre oriuntur, l. si spurius. 4. ff. unde cognat. §. vulgo quæsitos. *Instit. de success. cognat. Ambr. Schurer. d. tit. 12. limit. 1. Schneid. d. loc. Rubr. de success. fratr. natur. n. 42.*

CVIII.

CVIII.

Planè si Naturales & vulgò quæsi unam eandemque matrem habeant, ipsi non tantum inter sese, sed cum liberis à s legitimis per matrem tamen sibi junctis, concurrere possunt, id quæratione cognationis & proximitatis, *l. hac part. 2. d. l. si spurius. 4. ff. unde cognat. d. 5. vulgò 4. Inst. de success. cognat. Matth. Coler. part. 1. decis. 50. n. 1.* Quod similiter ad spurios ex illustri matre natos extendunt, *Ambr. Schurer. d. loc. dilat. 13. Schneid. d. loc. n. 45.*

CIX.

Jus quidem Saxonicum, tollere videtur hoc in passu successione, *Landr. Lib. 1. art. 51. Keinehelic Mann noch ehelic Weib/ nimpt eines Mannes Erbe der vnechte Ehe hat.* Verum contrarium observat consuetudo fori Saxonici, *Schneid. d. loc. n. 46. Coler. d. decis. 50. num. 3.* Unde & tales cognatae Utensiliorum inter se capaces sunt. *Andr. Goldbeck d. Rub. num. 27. & seqq.* Quomodo autem textus ille accipiendus sit explicat *Disput. 1. th. 132. ubi & th. 137.* quid circa feudalium juris sit declaratur.

CX.

INCESTUOSI & ADULTERINI neque ipsi inter sese, neque cum legitimis concurrentes, hereditatis sunt capaces, cum nec filii nominandi sint, neque respectu matris neque patris. *Auth. ex complexu. C. de incest. & inut. nupt. Nov. 89. c. ult.* Non itaque habebunt jus agnationis vel cognationis, quorum illud à patre, hoc à matre est, *d. l. si spurius 4. ff. unde cognat. & d. 5. vulgo quæsiis 4. Schneid. d. loc. num. 4. Ambr. Schurer. d. tit. 12. limit. 2.* Latè & eleganter *Zobel. in addit. ad gl. Lat. d. art. 51.* ubi *Wittebergenses* ita pronunciare asserit. Proinde nec in *Gerade* aut similium bonorum successione, quicquam juris habere poterunt, *Andr. Goldbeck d. loc. n. 36.*


Et hæc de tertio Transversalium succedendi ordine, quem quartus & quintus, de successione Conjugum & si sui, sive sive propediem excipiet.


F I N I S.

X 2615909

VD 17







M. A. 33 (47.)

1654 6  
EUSNERI Jati  
ni ;  
cessionis Le-

ERTIA,

# SSIONE ALIUM

*Facultate Juridicâ in illuſtrâ  
erga*

E  
CHORIO,

V. D.  
*lationi ſubjicie*  
S ROGE

*ſultorum  
matut.*  
○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○  
○○○○○○○○○○○○○○○○○○○○

s Haken  
IV.